

820
1771
SIBRANDVS VSBERTVS VIRO
Carissimo D. Davidi Pareo salutem.

1771

1771

Veritatem dico. Magna injuria affecti D. Ursinum, quicumque
Commentarios in catechismum sub ejus nomine, N. primum
edidit. Aut n. ejus sententiam de justificatione hominis
ignoravit, aut maligne adulteravit. Testabuntur hoc omnes
illi, quicumque D. Ursinum cum aliqua attentione audiverint.
Bene igitur et de Ecclesia et de communi nostro Proceptore
meritus es, quod aliis commentariis eundem catechismum
illustrasti. *** Vale. Franecera Anno 1591. a. d. 3. Octob.

D. URSINVS PIERVS THEOLOGVS Wittenbergensis
D. Davidi Pareo S. P. D.

1781

Anno Te, mi Paree, et propter perspicuam brevitatem et bre-
vem perspicuitatem, et si quid iudicare possum, ad scholas te
notum video. Saepe igitur cogitationem institui, quomodo
Te in nostram Academiam pertraherem, qua de re In. D.
Calaminum antehac ad Te perscripsisse, et etiam nunc scri-
bere existimo, cujus literis, ut fidem habeas oro: verum neq;
vestram SAPIENTIAE palatium tanto Agnotheta pri-
vari vellem, nisi fortassis tuae partes alii rectissime com-
mitti queant. Si putas te absq; offensa dimitti posse, fac,
ut sciam; dabo operam, ut vacante honesto in Facultate
nostra loco Te Collegam habeamus. Et si enim antehac
Illustrissimus Elector noster non passus est sibi persuaderi,
ut ex istis locis quem vocaret; cum tamen Dei gratia
veritas orthodoxa ipsius Altitudini ita nunc illuxerit,

ut inter verum et falsum discernere possit; et in hoc tota
sit, ut verbi divini puritas longè lateq̃ propagetur: non du-
bito, id quod prius negatum fuit, nunc obtineri posse. Neq̃
etiam hoc scribo, quod propediem tibi expectanda sit vocatio.
Sed ut nobis de tuâ in eventum constet voluntate. Ecclesi-
am et scholam nostram scito cum vestra esse conjunctissi-
mam. Orabit̃ Deum, ut hunc Principem, re et nomine
CHRISTIANVM, nobis clementer seruet, ipsiq̃ sapien-
tiâ et robore Spiritus sui indutum iudex magis magisq̃
confirmet. Vale. Witeberga. 22. Februarij. 1591.

979/ D. VARRANO PIERIO. SS. Theologiae Doctori et Pro-
fessori in Academia Witebergensi priuario, Fratri
in Christo colendo Salutem dicit D. Seneus.

Carissime Vir, Frater in Domino observande. Ut benevolen-
tiam tuam in me colo, ita laudes, quas mihi tribuere videris,
non agnosco. Versor in pulveribus, inter quos latere cupio,
quoad visum Deo erit. Ad aliquid conandum scribendum, adeo
me Lycophantarum quorundam intolerabilis potulantia
Nemini magis, quam mihi, displicet conatus. Si tamen vobis
displicuit, et alicui forte profuit: Est, quod gratias agam
Deo, qui me misero in re tantâ, et in Ecclesia luce, organo
ubi voluit non inutiliter. Etri autem vulgò non alium labo-
ris fractum fero, quam alii fortes Christi athleta, qui de
Ecclesia salute bene mereri voluerunt; ut nimirum nomen
rei in gravissimum falsi crimen vocetur, et modò indignis
a perjuris proserlim illo Bernensi Apostata Hubero. Et
quod conscientiam ejus gravius pulsaverim, si laceretur: tu
me me conscientia rectè factorum consolatur. Nec para-
me recreat